

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

De agone Domini Iesu & sudore. Theo. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

ARGUMENTVM.

QVI alijs animi largitur fortitudinem ac strenuitatem, hic trepidat: secumque colluctans, in agone mentis constituitur. Et licet in maxima tunc esset ipse tristitius ac pressura constitutus, & orationi vacaret sedulo, tamen ceu oblitus sui, tristitiam sibi suorum præfert adçò, vt intromissa oratione, ter eat eosdem consolatum.

IESUS FORTISSIMUS OMNIUM, CUNCTIS QVI
 fortitudinem tribuens, ut velut infirmus constitutus sit in imme-
 so agone mentis. *Concio VII.*

ARgumentum hoc duos cōtinet articulos, puta quia fortissimus, alijs fortitudinem tribuens, in agone constituitur mentis: alius verò alijs qui in maxima constituitur pressura, quasi seipso posthabito suorum curat tristitiam. Vterq; etiam articulus suum habet obiectum. Primum igitur articulum hoc modo explanabimus, Christum esse fortitudinem auctoritatem, hoc est, vnde omnes alij eius serui confortantur atq; animo robusti, clarum fieri facilè ostendetur. Strenuitatem hic animi vocamus fortitudinem, qua suos Dominus bellatores, tum in veteri, tum in novo testamento excellenter confortauit. Et vt Abraam, Dauid, reliquosq; Domini bellatores intermittam, Iosue tantum & Gedeonem adducam: quorum ille post transitum Iordanis & expugnationem urbis Iericho, cum exercitum missum ad expugnandam ciuitatem Ahi, fugit populus Israel hostes suos, & aliquos ex Israel casi sunt. Quamobrem Iosue afflitus animo est vehementer: scilicet vestibus, ac puluere super caput sparsò, ante arcam Domini prostratus orabat. Erat autem tunc cor omnis populi exterritum, & propter calamitatem quæ acciderat, diffluerebat sicut aqua fusa super terram. Confortauit igitur Dominus cor Iosue, plaga huius indicans causam fuisse quorundam delictum: quo deinde expurgato, constituit eundem animo redditio viatorum, & suorum hostium contemptorem. Et vt videoas in quantam rursus sit anima fortitudinem post illam trepidationem priorem erectus, quantamve possum de Deo sumptserit fiduciam, lege quod paulò post in pugna contra quingentes Amorrhæorum sequitur. Nam dum hostes persequeretur atq; ad hoc diem libi videret deficere, soli ad occasum vergenti atq; lunæ, extensa præcepit munificere gradu, nec motere se de loco, aut luminis iubar subtrahere, donec plenam de hostibus expeditam sumpsisset ultionem. Quod etiam factum est, vt dies una duorum haberet dierum tempora, Deo ad præceptum hominum obedientie. Porro post mortem Iosue cum populus Israel à Madianitis vehementer esset oppressus, qui in tanta ascenderant multitudine contra Israel, vt multitudini possent comparari arenæ maris: nonne Dominus Gedeonem parantem se ad fugam à facie Madianitarum, spiritu induit fortitudinis, vt cum pueris

Fortitudinem
esse Chri-
stum, qua
omnes serui
eius confor-
tamur.

Iosue 7.

Iosue quam
excellenter
à Deo con-
fortatus fue-
rit.

Iosue 10.

Iude. 6.
Gedeoni
quinta diei-
nitus forti-
tudo data sit